

ARTICULUS IV.

Utrum baptizati Joannis baptismate, iterum baptizari debuerint. — (3 p., q. 36, art. 8.)

Ad quartum sic proceditur. 1. Videtur quod baptizati baptismum Joannis, non debebant baptizari baptismum Christi. Auctor enim 8 dicitur, quod Apostoli in Samariam venientes, illos qui baptizati erant in nomine Jesu, non baptizabant, sed tantum manus imponebant. Cum ergo baptismus in nomine Jesu sine collatione Spiritus sancti sit baptismus Joannis, videtur quod baptizati baptismum Joannis, non baptizabantur baptismum Christi.

2. Praeterea, Hieronymus super illud (Joelis 2): *Effundam de spiritu meo*, dicit: quod haec est causa quare quidam baptizati a Joanne, baptismum Christi iterum baptizati sunt a Paulo, Auctor. 20 quia fidem Trinitatis non habebant, quia neque si Spiritus sanctus est audierant. Si ergo aliqui baptizati essent a Joanne, fidem Trinitatis habentes, videtur quod iterum baptizari non debuerint baptismum Christi.

3. Praeterea, in Apostolis debuit ostendi omne illud quod est necessarium ad salutem. Sed Apostolis post baptismum Joannis solus baptismus Spiritus sancti praenuntiatur, Auctor. 1. Ergo non erat necessarium quod baptismum Christi iterum baptizarentur.

4. Praeterea, ad baptismum requiritur aqua et Spiritus sanctus. Sed per baptismum Joannis erat facta ablutio aquae. Ergo non oportebat nisi quod suppleretur quod deerat, scilicet Spiritus sanctus.

Sed contra est quod dicitur Joannis 3, 3: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei*. Sed baptismus Joannis non regenerabat aliquo modo. Ergo necessarium erat ut iterum baptismum Christi baptizarentur.

Praeterea, Augustinus dicit (tract. 8 in Joan.), quod baptizabat Joannes, et non est baptizatus (1). Sed de necessitate salutis tempore gratiae est quod homo sit baptizatus, vel saltem propositum baptismi habuerit. Ergo oportebat eos qui baptismum Joannis acceperant, iterum baptizari baptismum Christi.

Praeterea, impositio manum praecedente baptismum Joannis non imprimebat characterem baptismalem. Sed character talis est de necessitate salutis vel in actu vel in proposito. Ergo oportebat quod baptizati baptismum Joannis iterum baptizarentur baptismum Christi, et non sufficiebat eis manus impositio.

Solutio. Respondeo dicendum, quod circa hoc est duplex opinio.

Quidam enim dicunt, quod baptismus, Joannis erat praeparatorius ad Christum suscipiendum; et ideo si quis baptismum Joannis suscepisset in eo sistens, non referebat ad Christum, baptismum in eo frustraretur a fine suo; et ideo oportebat eum iterum baptizari baptismum Christi. Si autem non figeret spem suam in baptismum Joannis, sed ulterius referret ad Christum, sic ex gratia Christi et baptismum Joannis praeaccepto efficiebatur quasi unum quid; et ideo non oportebat quod iterum aqua baptizaretur, sed solum quod Spiritum sanctum per manus impositionem acciperet; et haec videtur fuisse Magistri opinio in littera.

(1) Al. baptizatus.

Sed quia sacramenta novae legis ex ipso opere operato efficaciam habent, ideo videtur quod spes et fides illius qui baptismum suscipit, nihil faciat ad sacramentum, quamvis posset facere ad rem sacramenti impediendam vel promovendam. Unde quantumcumque spem suam aliquis ad Christum referret baptizatus baptismum Joannis, baptismum novae legis non consequatur; et ideo si baptismus novae legis est de necessitate salutis, oportebat quod iterum illo baptismum baptizaretur. Praeterea est generale in omnibus sacramentis, quod si omitteretur quod est de substantia sacramenti, oportet id sacramentum iterari. Unde cum non esset forma debita in baptismum Joannis, oportebat quod iteraretur baptismus. Et hoc habet communior opinio, quae etiam ex verbis Augustini confirmatur, qui dicit super Joan., hom. 3: *Qui baptizati sunt baptismate Joannis, non eis sufficit: baptizandi enim sunt baptismate Christi*.

Et ideo secundum hoc dicendum ad primum, quod ibi agitur de illis qui baptizati erant a Philippo, de quo constat quod baptismum Christi baptizaverat. Sed non erat ibi Spiritus sanctus ad robur, sicut in confirmatione datur: quia ille non fuit Philippus Apostolus, sed unus de septem diaconibus, et ideo non poterat manus imponere, quia hoc Episcoporum est; et propter hoc missi sunt ad hoc Petrus et Joannes.

Ad secundum dicendum, quod Hieronymus non vult tangere causam rebaptizationis, sed insufficienciam fidei ipsorum ad salutem, ut patet ex verbis praecedentibus. Praemittit enim: *Qui dicit se credere in Christum, et non credit in Spiritum sanctum, nondum habet claros oculos*. Insufficienciam autem fidei non posset esse causa quare aliqui baptizarentur, sed quare instruendi essent, sicut et nunc fit.

Ad tertium dicendum, quod Apostoli creduntur baptizati fuisse baptismum Christi, quamvis scriptum non inveniatur, ut dicitur in Glossa (1) Joan. 13 super illud: *Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet*. Ex quo enim ipsi alios baptizabant, ut habetur Joan. 3, videtur quod et ipsi venientes ad Christum baptizati fuerint. Si tamen Christus, qui habuit potestatem remittendi peccata, et qui virtutem suam sacramentis non alligavit, eos sine baptismum ex privilegio quodam sanctificare voluisset, non esset ad consequentiam trahendum. Ex auctoritate autem inducta non habetur quod Apostoli tantum baptismum Joannis baptizati erant; sed comparatio quaedam baptismi fluminis ad baptismum Joannis.

Ad quartum dicendum, quod ad baptismum requiritur aqua cum debita forma. Joannes autem non observabat formam baptismi Christi, nec iterum erat in eo efficaciam sicut in baptismum Christi; et ideo, quia omitebantur ea quae erant de necessitate sacramenti, oportebat iterum baptizari.

Expositio textus.

Quorum alia remedium contra peccatum praebent . . . alia gratia et virtute nos fulciunt. Omnia sacramenta novae legis sunt in remedium, et gratiam conferunt, ut dictum est. Ergo distinctio illa

(1) Usurpata ex Augustino, qui epist. 18 ad Seleucium idem dicit (Ex edit. P. Nicolai).

nulla videtur. — Et dicendum, quod illa distinctio sacramentorum sumitur secundum id ad quod principaliter ordinantur. Quamvis ergo omnia sacramenta aliquo modo gratiam conferant, et in remedium sint, quaedam tamen principaliter ordinata sunt in remedium, contra aliquem specialem morbum, ut matrimonium contra concupiscentiam; quaedam vero de sui propria intentione sunt ordinata ad remedium morbi, et ad gratiam, sicut baptismus, qui est spiritualis regeneratio, per quam vetus homo corrumpitur, et novus generatur; quaedam autem, quia gratiam praesupponunt, ordinantur ad gratiae perfectionem sicut eucharistia; et sic intelligenda sunt verba Magistri: *Non utique propter remedium, sed ad sacramentum; et debet accipi sacramentum large pro quolibet signo rei sacrae*.

Baptismus Christi Joannes suo baptismum praenuntiavit. Ideo baptismus Christi potius quam alia sacramenta novae legis praeparatorium habuit, quia baptismus est janua sacramentorum, et ipse facit aliis viam; unde praeparatorio (1) sacramenta alia non indigebant.

Iterum baptizabantur, immo verum baptismum accipiebant. Ex hoc patet quod praecedens baptismus non reputabatur aliquibus pro baptismum: quia qui baptismum Christi accipiebant, non iterum baptizabantur, sed verum baptismum de novo accipiebant; et ideo quasi corrigens quod dixerat: *Iterum baptizabantur*, addit, *immo verum baptismum accipiebant*; et sic Magister per verba Hieronymi suam intentionem probare non potest.

(1) Nicolai praeparatione.

DISTINCTIO III.

Quid sit baptismus.

Post haec videndum est, quid sit baptismus, et quae sit forma, et quando institutus, et quae causa institutionis. Baptismus dicitur intinctio, id est ablutio corporis exterior, facta sub forma verborum praescripta. Si enim ablutio fiat sine verbo, non est ibi sacramentum; sed accedente verbo ad elementum, fit sacramentum; non utique ipsum elementum fit sacramentum, sed ablutio facta in elemento. Unde Augustinus (tract. 80 in Joan.): *« Verbo baptismi consecratur. Deirabe »* verbum, et quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum. Unde est haec tanta virtus a qua ut corpus tangat, et cor aliat, nisi faciente verbo non qua dicitur, sed quia creditur? Namque et in ipso verbo aliud est sonus transitus, aliud est virtus intus manens. In duobus ergo consistit sacramentum baptismi, scilicet in verbo, et elemento. Ergo et si alia desunt, quae ad decorem sacramenti instituta sunt, non ideo minus est verum sacramentum, et sanctum, si verbum sit ibi et elementum. Nam et in hoc sacramento et in aliis quaedam solent fieri ad decorem et honestatem sacramenti, quaedam ad substantiam et causam sacramenti pertinentia. De substantia hujus sacramenti sunt verbum et elementum, cetera ad solemnitatem ejus pertinent.

De forma baptismi.

Sed quod est illud verbum, quo accedente ad elementum, fit sacramentum? Veritas docet, quae hujus sacramenti formam tradens (Matth. 28, 19), ait discipulis: *« Ite, docete »* omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. « Invocatio igitur Trinitatis verbum dicitur, quo baptismi consecratur; et haec est forma verborum sub qua traditur baptismus. Unde Bonifacio Episcopo Zacharias Papa ait (ex decret. de Consecr., dist. 4, cap. 1) In Synodo Anglorum: *« Firmissime praecipitur est in Synodo Anglorum ut quicumque sine invocatione Trinitatis mersus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet; quod omnino verum est. Quod si mersus in fonte baptismi quis fuerit sine invocatione Trinitatis, perfectus christianus non est, nisi in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti fuerit baptizatus. »* Legitur tamen in Actibus Apostolorum (cap. 8 et 10) Apostolos baptizasse in nomine Christi. Sed in hoc nomine, ut exponit Ambrosius (lib. 1 de Spiritu sancto, cap. 5), tota Trinitas intelligitur. Intelligitur enim, cum Christum dicis, et Patrem, a quo unctus est, et ipse qui unctus est et Spiritus sanctus per quem unctus est. Unde Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum (de Consecr., dist. 4, cap. 1) *« A quodam Judeo multos baptizatos asseri »* ritus, et quid inde agendum sit, consultis. Hi profecto si in nomine sanctae Trinitatis, vel in nomine Christi, sicut in Actibus Apostolorum legitur baptizentur (1), baptizati

« sunt: unum enim idemque est, ut exponit Ambrosius. »

Si in nomine Patris tantum vel Spiritus sancti possit tradi baptismus.

Hic quaeritur, an baptismus esset verus, si diceretur, In nomine Patris tantum, vel Spiritus sancti tantum, ut cum dicitur, In nomine Christi. Ambrosius videtur dicere, quod si fide mysterium Trinitatis teneatur, et una persona tantum nominetur, plenum est sacramentum; et e converso, si tres nominantur, et non recte de aliquo illorum sentiatur, vacuum fieret mysterium Trinitatis. Ait enim sic (lib. 1 de Spiritu sancto, cap. 5): *« Ubi non est plenum baptismi sacramentum »* nec principium nec species aliqua baptismi aestimatur. Plenum autem est, si Patrem et Filium et Spiritum sanctum fatearis. Si unum neges, totum subruas. Et sicut si in unum sermonem comprehendas vel Patrem vel Filium vel Spiritum sanctum; fide autem nec Patrem nec Filium nec Spiritum sanctum abneges; plenum est fidei sacramentum: ita etiam licet Patrem et Filium et Spiritum sanctum dicas, et Patris et Filii et Spiritus sancti minus potestatem; vacuum est omne mysterium. Cum enim dicitur, In nomine Christi, per unitatem (2) nomen s impletum est mysterium, nec a Christi baptismate Spiritus separatur, quia Christus baptizavit in Spiritu. »

Quaestio Ambrosii.

« Nunc consideremus, utrum sicut Christi nomine legitimus » baptismi plenum esse sacramentum, ita etiam Spiritu sancto nuncupato nihil desit ad mysterii plenitudinem. Ratio nem sequimur. Qui unum dixerit, Trinitatem significavit. Si Christum dicas, et Patrem a quo unctus est Filius, et Christum qui unctus est, scilicet Filium et Spiritum sanctum quo unctus est, designasti. Scriptum est enim (Act. 10) hunc esse Jesum a Nazareth, quem unxit Deus Spiritu sancto. Et si Patrem dicas, Filium ejus et Spiritum oris ejus pariter indicas; si tamen id etiam corde comprehendas. Et si Spiritum sanctum dicas, Deum Patrem, a quo procedit, et Filium ejus, cujus est Spiritus, nuncupasti. Unde, ut rationi copuletur auctoritas, Dominus dicit (Act. 1, 3), *« Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto: ex quo indicat »* nos recte posse baptizari in Spiritu sancto. »

Perstringit praemissorum intelligentiam cum determinatione ejusdem dicti.

Ex his aperte intellexisti, in nomine Christi verum baptismum tradi. Unde nihilominus insinuari videtur, verum baptismum dari posse in nomine Patris tantum, vel Spiritus sancti; si tamen ille qui baptizat, fidem Trinitatis teneat, quae Trinitas in quolibet horum nominum intelligitur. Si autem aliquis perverse credens, et errorem inducere intendens, u-

(1) Nicolai baptizati sunt (unum enim idemque est, ut Sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denovo baptizandos.

S. Th. Opera omnia. V. 7.

(1) Al. per virtutem.

num de tribus tantum nuncupet, non implevit mysterium. Quod vero ait, nominatis tribus vacuum esse mysterium, si baptizans minuat potestatem Patris et Filii vel Spiritus sancti, idest, si male sentiat de potentia alicujus horum, non credens unam potentiam trinum intelligendum est hoc super eum qui non intendit nec credit baptizare: qui non tantum caret fide, sed etiam intentionem baptizandi non habet. Qui ergo baptizat in nomine Christi, baptizat in nomine Trinitatis, quae ibi intelligitur. Tullius est tamen tres personas ibi nominare, ut ibi dicitur: In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Non in nominibus, sed in nomine, idest in invocatione, vel in confessione Patris et Filii et Spiritus sancti. Invocatur enim ibi tota Trinitas, ut invisibiliter ibi operetur per se, sicut extra visibiliter per ministrum (1). Si autem dicatur, in non tribus, non est ibi sacramentum, quia non servatur forma baptismi.

De institutione baptismi.

De institutione baptismi, quando coepit, variae sunt aestimationes. Alii dicunt tunc esse institutum, cum Nicodemus Christus ait (Joan. 3, 5): « Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. » Alii dicunt, institutionem baptismi factam, cum Apostolis dixit (Matth. ult. 19): « Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos » in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. « Sed hoc dixit eis post resurrectionem praecipiens eis de vocatione gentium; quos ante passionem binos miserat ad praedicandum in Judaea, ante baptizandum, dicens (Matth. 10, 5): « In viam gentium ne abieritis. » Jam ergo institutus erat baptismus; qui baptizabant simul et praedicabant.

De forma in qua baptizaverunt Apostoli ante passionem Christi.

Si vero quaeritur, in qua forma tunc baptizaverunt, sane dici potest, in nomine Trinitatis, scilicet in ea forma in qua baptizaverunt postea gentes: quae ante passionem potest intelligi fuisse tradita, licet non sit scriptum. Non ergo tunc illam formam Christus prius (2) tradidit, cum ad evangelizandum gentibus misit; sed quam ante tradiderat, mittens eos in Judaeam, post iteravit cum ad gentes misit. Commodius ergo dicitur institutio facta, quando Christus a Joanne baptizatus est in Jordane: quod dispensavit, non quia mundari voluit, cum sine peccato fuerit; sed quia contactu mundae carnis suae vim regenerativam contulit aquis, ut qui postea immergeretur invocato nomine Trinitatis, a peccatis purgaretur. Tunc ergo invocato nomine Trinitatis institutus est baptismus Christi, in quo Trinitas, cujus mysterium ibi innotuit, interius homines baptizat.

Quare in aqua tantum fiat.

Celebratur autem hoc sacramentum in aqua, non alio liquore, ut ait Christus (Joan. 3, 5): « Nisi quis renatus fuerit » ex aqua et Spiritu sancto etc. « Ideo uniformiter id fieri in aqua praecipitur, ut intelligatur quod sicut aqua sordes corporis ac vestes abluit; ita baptismus maculas animae sordesque vitiorum emundando abstergit; vel ideo ut nullum inopia excusaret; quod posset (3) fieri, si in vino vel oleo fieret; et ut communis materia baptizandi inveniretur apud omnes: quod aqua significavit quae de latere Christi manavit, sicut sanguis alterius sacramenti signum fuit. Non ergo in aliquo liquore: potest consecrari baptismus, nisi in aqua.

De immersione, quoties fieri debeat.

De immersione vero, si quaeritur, quomodo fieri debeat;

- (1) Al. per ministrum.
- (2) In editione Nicolae deest prius.
- (3) Al. potest.

Divisio textus.

Postquam determinavit Magister de his quae praexiguntur ad sacramenta novae legis, hic incipit determinare de singulis sacramentorum novae

legis respondemus, ut semel vel tertio pro vario more Ecclesiae. Unde Gregorius (lib. 1, epist. 41): « De trina » immersione baptismi nil verius responderi potest, quam » quod vos ipsi sensistis: quia in una fide nihil officit Eccle- » siae sanctae consuetudo diversa. Quia enim in tribus sub- » sistentiis una substantia est, reprehensibile esse nullatenus » potest infantem in baptismum ter vel semel mergere; quia » et in tribus meritis personarum Trinitas, et in una » potest Divinitatis singularitas designari. Nos vero qui tertio » immergimus, etiam triduanae sepulturae sacramentum si- » gnificamus. » Secundum hoc licet non modo ter, sed etiam semel mergere tantum ibi tamen duntaxat mergere semel licet, ubi consuetudo Ecclesiae talis existit. Si quis vero id facere incipiat, ubi consuetudo talis non est, vel semel tantum mergendum asserat, reprehensibile se constituit. Unde Haymo (in Epist. ad Rom., cap. 4): « In suo sensu abun- » dant Cyprianus, cum semel mergebat in baptismum parvu- » los; qui quod intelligebat, studiosè implebat, bonis operi- » bus abundando, licet in hoc nescius delinqueret. Sed quia » bonis operibus abundabat, postea correctus a Deo abundavit » altiori sensu, ter illos mergendo. » Ecce habemus, quae de- » liquit qui semel mergit; sed hoc ideo, quia aliter se habebat consuetudo illius Ecclesiae, vel quia usum tantum faciendam meritionem asserbat. De trina merione Augustinus ait (hom. 2 ad neophytos): « Postquam nos credere promissimus, tertio » capita in sacro fonte demersimus: qui ordo baptizandi » duplici mysterii significatione celebratur. Recte enim tertio » immersi estis, quia acceptis baptismum in nomine Trini- » tatis. Recte tertio immersi, quia acceptis baptismum in » nomine Christi, qui die trita resurrexit a mortuis. Illa » enim tertio repetita immersio, typum dominicae exprimit » sepulturae. » Constat ergo baptizandos tertio debere im- » mergi; et tamen si semel tantum immergatur, verum bap- » tismus accipit; et qui semel immergit tantum, non peccat, nisi consuetudo Ecclesiae obstat, vel hoc modo tantum de- » bere fieri asserat.

Quando circumcisio amittit vim suam.

Solet etiam quaeri, si circumcisio amittit statim vim suam ab institutione baptismi. Ad quod dicimus, in Christi morte terminata esse legalia omnia. Ex tunc ergo circumcisio perdidit vim suam; ita quod postea non proficerit, sed potius obfuerit (1) observantibus suis. Sed usque ad oblationem verae sepulturae. Constat ergo baptizandos tertio debere im- » mergi; et tamen si semel immergit tantum, non peccat, nisi consuetudo Ecclesiae obstat, vel hoc modo tantum de- » bere fieri asserat.

De causa institutionis.

Causa vero institutionis baptismi est innovatio mentis, ut homo qui per peccatum vetus fuerat, per gratiam baptismi renovetur; quod fit depositione vitiorum et collationem virtutum. Sic enim fit quisque novus homo, cum abolit per- » catis ornatur virtutibus. Abolito peccatorum pollit foeditate; appositio virtutum affert decorem. Et haec est res hujus sa- » cramenti, scilicet interior munditia.

Quaeritur, an baptismus aperuit caelum, quod non aperuit circumcisio.

Si quaeritur, utrum baptismus aperuerit caelum, quod non aperuit circumcisio; dicimus, quod nec baptismus nec circumcisio, regni nobis aditum aperuit, sed hostia Salvatoris quae si tempore circumcisions oblata fuisset, illius temporis homines in regnum intrassent. Res ergo hujus sacramenti justificatio est.

- (1) Al. profecerit, sed potius obfuit.

tionis accedamus. Prima dividitur in tres: in prima determinat de sacramento intrinsecum, scilicet bap- » tismo, in secunda de sacramentis progredientium, 7 dist., ibi: *Nunc de sacramento confirmationis addendum est*; in tertia de sacramento exeuntium, scilicet extre- » ma unctione, 25 dist., ibi: *Praeter praemissa est aliud sacramentum, scilicet unctio infirmorum*. Prima in tres: in prima determinat de sacramento secundum se; in secunda de baptismum per comparisonem ad reci- » pientes, 4 dist., ibi: *Ille dicendum est, aliquos sus- » cipere sacramentum et rem sacramenti etc.*; in tertia secundum comparisonem ad ministrantes, 3 dist., ibi: *Post haec sciendum est, sacramentum baptismi a bonis et a malis ministris dari*. Prima in duas: in prima determinat de sacramento secundum se; in secunda determinat de eo per com- » parationem ad circumcicionem, ibi: *Solet etiam quaeri, si circumcisio amittit statim vim suam ab institutione baptismi*. Prima in duas: in prima deter- » minat quid est baptismus; in secunda de his quae ad baptismum requiruntur, ibi: *Sed quod est illud verbum quo accedente ad elementum fit sa- » cramentum?* Haec pars dividitur in tres secundum tria quae exiguntur ad baptismum: in prima enim determinat de forma baptismi; in secunda de ma- » teria ejus, ibi: *Celebratur autem hoc sacramentum tantum in aqua*; in tertia de ipso actu ablutionis vel immersionis, ibi: *De immersione vero si quaeritur quomodo fieri debeat, praecise respondemus*. Prima in duas: in prima determinat de forma bap- » tismi; in secunda de institutione ipsius, ibi: *De institutione baptismi quando coepit, variae sunt aestimationes*. Circa primum duo facit: primo deter- » minat formam baptismi; secundo movet quam- » dam questionem circa formam baptismi, et deter- » minat eam, ibi: *Hic quaeritur, an baptismus esset verus, si diceretur, in nomine Patris tantum etc.* Prima in duas: in prima determinat formam prin- » cipalem baptismi; in secunda quamdam formam se- » cundariam pro tempore observatam, ibi: *Legitur tamen in Actibus Apostolorum, Apostolos baptizasse in nomine Christi*.

Solet etiam quaeri, si circumcisio amittit statim vim suam ab institutione baptismi. Ille determinat de baptismum per comparisonem ad circumcicionem, et circa hoc tria facit: primo determinat cessatio- » nem circumcisions; secundo institutionem baptismi, ibi: *Causa vero institutionis baptismi est innovatio mentis*; tertio effectum utriusque, ibi: *Si quaeritur, utrum baptismus aperuerit caelum, quod non aperuit circumcisio; dicimus, quia nec baptismus nec circumcisio, regni nobis aditum aperuit, sed hostia Salvatoris*.

QUAESTIO I.

Hic quaeruntur quinque: 1.^o quid sit baptismus; 2.^o de forma ipsius; 3.^o de materia ejus; 4.^o de intentione; 5.^o de institutione.

ARTICULUS PRIMUS.

Utrum baptismi definitio assignata sit conveniens. (5 p., quaest. 66, art. 1.)

Ad primum sic proceditur. 1. Videtur quod in- » convenienter sit assignata haec definitio baptismi quae in littera ponitur, scilicet: *Baptismus est a-*

blutio corporis exterior, facta sub forma praescripta verborum. Manente enim definito, manet definitio. Sed transiente ablutione, quae est quaedam actio, vel passio, manet baptismus. Ergo baptismus non est ablutio.

2. Praeterea, sacramentum, secundum Hugonem (de Sacram., lib. 1, part. 9, cap. 2), est mate- » riale elementum. Ablutio autem non est materiale elementum, sed elementi usus. Ergo baptismus, cum sit sacramentum, non erit ablutio.

3. Praeterea, sacramentum est in genere rela- » tionis, cum sit causa, vel signum, sicut supra di- » ctum est. Sed baptismus est sacramentum. Ergo inconvenienter ponitur in genere actionis vel pas- » sionis.

4. Praeterea, in definitione instrumenti debet poni illud ad quod est. Sed baptismus, sicut et alia sacramenta, ut prius dictum est, sunt instru- » menta sanctificationis. Ergo cum in definitione ejus nulla mentio fiat de sanctificatione, videtur incon- » venienter esse assignata.

QUAESTIUNCULA II.

Uterius. 1. Videtur quod etiam inconvenienter assignetur definitio Hugonis (lib. 2 de Sacram., part. 6, cap. 2), quae talis est: *Baptismus est a- » qua diluendis criminibus sanctificata per verbum Dei*. Nihil enim fit in seipso. Sed baptismus in a- » qua fit. Ergo baptismus non est aqua.

2. Praeterea, in definitione alicujus non debet poni aliquid quod non sit de essentia ejus. Sed sanctificatio materiae non est de essentia baptismi: quia in mari vel in flumine potest fieri baptismus. Ergo sanctificatio aquae non debet poni in defini- » tione baptismi.

3. Praeterea, definitio debet converti cum de- » finito. Sed potest esse aqua sanctificata verbo vitae diluendis criminibus, et tamen non erit baptismus, sicut quando non fit intentio. Ergo haec non est competens baptismi definitio.

4. Praeterea, effectus qui potest impediri, non debet poni in definitione causae, quia tunc defi- » nitio esset minus quam definitum. Sed potest im- » pediri quod per baptismum non diluantur crimina. Ergo non debet ablutio criminum in definitione baptismi poni.

QUAESTIUNCULA III.

Uterius. 1. Videtur quod etiam inconvenienter assignetur definitio Dionysii, quam ponit 2 cap. cael. Hier., ubi dicit: *Quoddam ergo est prin- » cipium sanctissimorum mandatorum sacrae actionis, ad aliorum (1) divinorum eloquiorum et sacrarum actionum susceptivam opportunitatem, formans nos- » tros animales habitus ad supercaelestis quietis a- » nagogem, nostrum iter faciens, suae et divinis- » simae nostrae regenerationis traditio*. Principium enim reducitur ad genus principiorum. Sed sa- » cramentum non est in genere principii, sed in genere sacramenti. Ergo non debet dici principium sanctissimorum mandatorum.

2. Praeterea, non dicitur esse principium san- » ctorum mandatorum nisi inquantum praeparat viam ad alia mandata. Ergo superfluum fuit postea

- (1) Al. et aliorum.

addere: Ad susceptivam opportunitatem aliorum nos formans.

5. Praeterea, nihil potest formari ad divina eloquia nisi quod est perceptivum eorum. Sed hoc quod est animale in nobis, non percipit divina eloquia, sed solum hoc quod est rationale. Ergo male dixit: *Formans animales habitus ad divina eloquia*.

4. Praeterea, forma et materia sunt de essentia rei. Sed ipse nullam mentionem facit de materia et forma baptismi. Ergo videtur quod insufficienter definit.

QUAESTIUNCULA IV.

Uterius. 1. Videtur quod inconvenienter assignetur definitio quam Damascenus ponit in 4 lib. cap. 10, sic dicens: *Baptismus est per quem primitias Spiritus sancti accipimus, et principium alterius vitae fit nobis regeneratio et sigillum et custodia et illuminatio*. Aliqui enim prius habent Spiritum sanctum et spirituales vitam, quam baptismum consequantur, sicut patet de Cornelio Act. 10. Ergo per baptismum non semper accipimus primitias Spiritus sancti, nec est baptismus principium alterius vitae in nobis.

2. Praeterea, idem non debet poni in definitione sui ipsius. Sed regeneratio est idem quod baptismus. Ergo non debet poni in definitione baptismi.

5. Praeterea, illuminatio non fit nisi (1) per virtutes intellectuales. Sed baptismus non est intellectualis virtus, sed sacramentum. Ergo non debet sibi attribui illuminatio.

4. Praeterea, custodia fit in nobis per divinam providentiam, de qua dicitur in Psalm. 120, 4: *Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel*. Ergo non debet hoc baptismo attribui.

Solutio I. Respondeo ad primam quaestionem dicendum, quod secundum doctrinam Philosophi in lib. 2 Posteriorum (text. 10), triplex est genus definitionis. Quaedam enim sunt definitiones materiales, quas dicimus demonstrationis conclusiones: quaedam formales, quae sunt principia demonstrationis: quaedam materiales et formales simul, quae sunt demonstrationes positione differentes: quia habent medium demonstrationis, inquantum continent definitionem formalem, et conclusionem, inquantum continent materialem; sed deest solus ordo terminorum. Quia autem (2) omne completivum quodammodo formale est respectu ejus quod completur, ideo definitio formalis non dicitur quae solum continet formam, sed illa quae continet hoc quod est completivum respectu alterius. Et quia in causis est talis ordo quod materia completur per formam, et forma per efficientem, et efficiens per finem; ideo definitio quandoque materialis dicitur, quae comprehendit tantum materiam rei, formalis autem quae comprehendit formam; sicut, *Ira est accensio sanguinis circa cor*, dicitur materialis definitio; et, *Ira est appetitus in vindictam*, dicitur formalis. Quandoque autem materialis comprehendit formam et materiam; sed formalis causam efficientem, sicut haec dicitur materialis: *Tonitruum est continuus sonus in nubibus*; haec autem formalis: *Tonitruum est extinctio ignis in nube*. Quandoque autem de-

finio materialis comprehendit materiam et formam et efficientem, formalis autem finem: sicut, *Domus est cooperatorum factum ex lapidibus et lignis per talem modum et talem artem*, est definitio materialis respectu hujus: *Domus est cooperatorum prohibens nos a frigoribus et caumatibus*; et hoc praecipue accedit in instrumentis, quia in eis quasi tota ratio speciei a fine sumitur. Et quia baptismus, cum sit sacramentum, quoddam instrumentum est; ideo definitio materialis ejus erit quae comprehendit materiam et formam ejus et efficientem; et formalis quae comprehendit finem; et sic definitio quam Magister in littera ponit, est materialis. Continet enim materiam in hoc quod dicit: *Ablutio exterior*; et inquit efficientem in hoc quod dicit, *facta*; et ponit formam in hoc quod dicit, *sub forma verborum praescripta*. Et sciendum, quod Augustinus (tract. 15 in Joan.), ponit eandem definitionem, quamvis sub aliis verbis; dicit enim: *Baptismus est tinctio in aqua verbo vitae sanctificata*.

Ad primum ergo dicendum, quod in sacramento baptismi sunt tria. Aliquid quod est sacramentum tantum, sicut aqua quae exterior fluit et transfluit, et non manet; et aliquid quod est sacramentum et res, et hoc semper manet, scilicet character; et aliquid quod est res tantum, quod quandoque manet quandoque transit, scilicet gratia. Magister ergo hic definit baptismum quantum ad id quod est sacramentum tantum, quia intendit ipsum materialiter definire.

Ad secundum dicendum, quod sacramentum novae legis est signum et causa gratiae; unde secundum hoc est sacramentum, secundum quod habet significare, et causare. Aqua autem non habet significare et causare effectum baptismi, nisi secundum quod est abluens. Unde essentialiter baptismus est ipsa ablutio: quia ad abluionem interiore causandam institutus est, quam significando causat ipsa exterior ablutio: sed aqua est materia ejus remota, et ablutio ipsa est materiale baptismi; sed verbum vitae est forma completiva sacramenti. Augustinus autem et Magister definiunt baptismum per materiam proximam, quae praedicatur proprie de baptismis, sicut materia de artificialibus, ut phiala est argentum; sed Hugo definiit per materiam remotam, quae non ita proprie praedicatur, nisi per causam remotam.

Ad tertium dicendum, quod baptismus, inquantum est sacramentum, est in genere signi vel causae; et in hoc genere constituitur per formam verborum, a qua habet significationem et efficaciam sacramentalem. Sicut autem artificialia non ponuntur in genere ex forma simpliciter, sed ex materia (non enim dicimus quod domus sit in genere qualitatis nisi inquantum artificiale figuratum, sed dicitur esse in genere substantiae), ita etiam est de sacramentis. Baptismus enim simpliciter est in genere abluionis; sed secundum quid, scilicet inquantum est sacramentum, est in genere relationis.

Ad quartum dicendum, quod finis ad quem est sacramentum, est ultimum formale ipsius, a quo sumitur formalis definitio. Magister autem non intendit hic definire baptismum formaliter, sed materialiter (1); et ideo sanctificationem praetermisit (2).

(1) Al. naturaliter.

(2) Al. deest praetermisit.

Solutio II. Ad secundam quaestionem dicendum, quod definitio illa Hugonis complectitur et materiam baptismi in hoc quod dicit, *Aqua*, et finem in hoc quod dicit, *diluendis criminibus*, et formam per hoc quod dicit, *per verbum vitae sanctificata*; unde est definitio composita ex materiali et formali, quasi demonstratio positione differens: et complete essentialiter baptismus complectitur, excepto quod actus abluionis intermitteretur, qui facit materiam proximam baptismis; quamvis ex aliis quae ponuntur, intelligi possit.

Ad primum ergo dicendum, quod haec est propria praedicatio, *Baptismus fit in aqua*; sed haec est per causam praedicatio, *Baptismus est aqua*.

Ad secundum dicendum, quod ibi non tangitur sanctificatio, nisi illa quae fit per formam baptismi, quae consistit in invocatione Trinitatis; et haec sanctificatio est de necessitate baptismi.

Ad tertium dicendum, quod sacramenta non efficiunt nisi id quod figurant. Ex hoc autem ipso quod ponitur dilutio criminum, effectus baptismi potest accipi: quia baptismus materialiter non consistit in aqua nisi secundum quod est abluens; quandoque autem est aqua sanctificata in actu abluionis, est baptismus.

Ad quartum dicendum, quod idem numero quandoque est effectus alicujus et finis, sicut sanitas est effectus et finis medicantis; sed effectus, secundum quod producit per actum medici, finis autem secundum quod est intentum a medico. Medicus autem potest impediri a productione sanitatis, sed non ab intentione; et ideo sanitas potest poni in definitione ut est finis, non autem ut est effectus; et similiter dilutio criminum in definitione sacramenti.

Solutio III. Ad tertiam quaestionem dicendum, quod Dionysius ex definitione baptismi data intendit procedere ad ea quae materialiter in baptismo requiruntur: unde post hanc definitionem datam, ritum baptismi ponit; et ideo ponit eam ut demonstrationis principium: et propter hoc est definitio totaliter formalis. Et est sciendum, quod in verbis ejus aliquid ponitur quasi definitum, et aliquid ponitur tamquam definitio. Tamquam definitum ponitur, scilicet *traditio sacra et divinis regenerationis*. Ista enim est quaedam circumlocutio baptismi, quia ipse frequenter utitur; et hoc patet ex hoc quod ibi baptismus non nominatur; ut sit sensus: *Quoddam est principium etc.*, scilicet *sacrae et divinis regenerationis traditio*. Quasi definitio ponitur hic, quod dicit, *Principium sanctissimorum mandatorum sacrae actionis*. Et ponit tria ad quae baptismus ordinatur, quae formaliter rationem ejus complent. Unum est quod competit ei secundum quod est janua sacramentorum; et quantum ad hoc dicit (1), quod est *principium sanctissimorum mandatorum sacrae actionis*. Actiones enim sacras nominat actiones hierarchicas, scilicet purgare, illuminare, et perficere; quae praecipue in nostra hierarchia consistunt in dispensatione sacramentorum: quae quidem actiones nobis sub praeepto traditae sunt, et ad eas est principium baptismus quasi eorum janua. Secundum competit sibi inquantum est causa, prout scilicet characterem imprimi, et gratiam conferre, secundum quod homo informatur et idoneus redditur ad aliorum sacramentorum perceptionem; et quantum ad hoc dicit, quod est *formans per characterem et gratiam nostros*

(1) Al. deest dicit.

animales habitus, idest, vires animae, ad susceptivam opportunitatem, idest ad idoneam et opportunam susceptionem divinorum eloquiorum quantum ad doctrinam fidei, et sacrarum actionum quantum ad alia sacramenta, quae nulli non baptizato debent conferri. Tertium competit sibi inquantum est signum et figura caelestium, et secundum hoc per baptismum manuducimur in caelestium contemplationem; et quantum ad hoc dicit, quod est *faciens iter nostrum*, idest praeparans nobis contemplationis viam ad *anagogem*, idest sursum ductionem, *supercaelestis quietis*, quae consistit in contemplatione spiritualium. Vel potest dici, quod per secundum tangit finem proximum baptismi quantum, ad ea quae sunt viae; per tertium autem tangit finem remotum et ultimum, quantum ad ea quae sunt patriae; ad quam nos baptismus perducit per gratiam, quam confert, quae est res significata et non contenta.

Ad primum ergo dicendum, quod Dionysius determinat de baptismo secundum quod est actio quaedam hierarchica; et ideo definit *principium mandatorum*, non quorundamlibet sed illorum quibus actiones hierarchicae nobis traduntur.

Ad secundum dicendum, quod per primum tangit tantum ordinem baptismi ad alia sacramenta, sed per secundum tangit effectum, quo mediante ad alia sacramenta percipiendi idonee perducit, ut ex dictis patet.

Ad tertium dicendum, quod animales habitus hic dicuntur ab anima, et non ab animalitate, quia scilicet cum aliis animalibus communicamus; ut ostendat quod non solum baptismus corpus exterius lavat, sed etiam animam interius format.

Ad quartum dicendum, quod haec definitio est principium omnium quae Dionysius de baptismo tradit; unde in principio statim hanc definitionem ponit. Et quia in omnibus quae sunt propter finem et ex fine, debet accipi et forma completio finis, et materia competens formae et finis; ideo in hac definitione non posuit formam et materiam, sed solum ea ad quae baptismus ordinatur quasi ad finem proximum vel remotum.

Solutio IV. Ad quartam quaestionem dicendum, quod Damascenus praedicatam definitionem venatur ex hoc ipso quod baptismus regeneratio dicitur. Cum enim generatio sit motus ad esse, constat quod baptismus est per quem nobis traditur spirituale esse. Et quia nullus potest agere actionem alicujus naturae, nisi prius habeat esse in natura illa, ideo concluditur quod baptismus est principium omnium spiritualium actionum; et secundum hoc Damascenus baptismum definiit adhuc per priora quam Dionysius, inquantum accipit primum effectum baptismi, qui est constituere in spirituali vita, ex qua habet quod regeneratio dicatur; et ideo definit baptismum ut principium spiritualis vitae in hoc quod dicit, *Principium alterius vitae*, scilicet spiritualis, quae est altera a naturali; ut haec generatio sit altera a naturali, et regeneratio dicatur; et iterum ut principium eorum quae ad vitam prima consequuntur, et ideo dicit: *Per quod fiunt primitiae spiritus*, idest primi spiritus effectus in nobis. Hi autem effectus vel consequuntur ipsam generationem, sicut filiationem, vel aliqua talis relatio, et sic per baptismum dicimur regenerari in filios Dei, et quantum ad hoc dicitur *regeneratio*, vel consequuntur formam per generationem inductam; et hoc tripliciter. Primo in ordine ad generantem,

secundum quod per formam inductam genitus fit similis generanti; et quantum ad hoc dicitur *significatum*. Secundo quantum ad esse ipsius geniti, quod per formam conservatur; et quantum ad hoc dicitur *custodia*. Tertio quantum ad actionem eius, cuius forma est principium; et quantum ad hoc dicitur *illuminatio*.

Ad primum ergo dicendum, quod primitiae spiritus dantur antequam percipiatur baptismus actu, sed non antequam percipiatur proposito habituali, sicut in Cornelio; vel actuali, sicut in aliis qui baptismi fidem habent. Vel dicendum, quod hic loquitur de vita spirituali, secundum quod homo quantum ad exteriora reputatur membrum Ecclesiae, quod non fit ante baptismum, quia ad actus fidelium nullus ante baptismum admittitur.

Ad secundum dicendum, quod regeneratio ponitur hic pro relatione consequente regenerationem, sicut est filiiatio.

Ad tertium dicendum, quod etiam Dionysius (de ecel. Hierar., cap. 4, part. 1), vim illuminativam baptismi attribuit, quod quidem ei competit in quantum est fidei sacramentum; unde baptizatus iam admittitur ad inspectionem sacramentorum quasi illuminatus: non autem ante debet admitti, ne sancta canibus tradatur secundum Dionysium.

Ad quartum dicendum, quod custodia conservationem importat: quae quidem est a Deo sicut a principio efficiente, a gratia autem baptismali sicut a principio formali.

ARTICULUS II.

Utrum haec verba, Ego te baptizo etc., sint de integritate formae baptismalis. — (3 p., q. 66, art. 3 et 6).

Ad secundum sic proceditur. 1. Videtur quod integritas formae baptismalis non contineatur in his verbis, *Ego te baptizo in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*. Actio enim magis debet attribui principali agenti quam secundario. Sed principalis baptizans est Christus, ut patet Joan. 1, 53, ubi dicitur: *Hic est qui baptizat*; homo autem est tantum minister baptismi. Ergo magis debuit dici, *Christus te baptizat etc.* quam *Ego te baptizo*.

2. Praeterea, secundum grammaticos in verbis primae et secundae personae intelligitur nominativus certus et determinatus. Sed *baptizo* est verbum primae personae. Ergo non fuit necessarium quod adderetur *Ego*.

3. Praeterea, sacramenta habent a divina institutione efficaciam et virtutem. Sed ex forma quam Dominus tradidit Matth. ult. 19, ubi dicitur, *Docete omnes gentes*, non potest haberi quod *Ego te baptizo* sit de forma baptismi: quia hoc participium *baptizans*, ponitur ibi ad designandum exercitum actus; non quasi pars formae. Ergo videtur quod non sit de necessitate formae.

4. Praeterea, simul Dominus praecepit actum docendi et baptizandi, Matth. ult. Sed non exigitur ad docendum quod sacerdos dicat, *Ego te doceo*. Ergo similiter non exigitur ad baptismum quod dicat, *Ego te baptizo*.

3. Praeterea, verba non debent dirigi ad eum qui non est verborum sensus percipiens. Sed quandoque baptizatus non potest percipere sensus verborum, sicut patet quando puer baptizatur. Ergo

non debet dicere, *Baptizo te*, sed, *Baptizo Joannem*.

6. Praeterea, hoc videtur ex modo loquendi quo Dominus usus est, ponens baptizandos in tertia persona dicens: *Baptizantes eos*.

7. Praeterea, materia sacramenti non minus est de essentia sacramenti quam suscipiens illud sacramentum. Sed nulla mentio fit in forma de aqua, quae est materia sacramenti. Ergo non debet fieri mentio de recipiente, ut dicatur: *Baptizo te*.

8. Praeterea, baptismus a passione Christi efficaciam habet, et figura est mortis Christi, ut patet Rom. 6. Ergo potius debuit in baptismi forma fieri mentio de fide passionis quam de fide Trinitatis.

9. Praeterea, omne illud in quo personae non conveniunt, debet de eis pluraliter dici. Sed personae distinguuntur quantum ad nomen: quia nomen Filii Patri non convenit, nec e converso. Ergo non debuit dici: *In nomine Patris etc.*, sed: *In nominibus*.

QUAESTIUNCULA II.

Uterius. 1. Videtur quod liceat ea quae in hac forma ponuntur, mutare sine praedicio baptismi. Graeci enim hanc formam baptizandi habent: *Baptizatur servus Christi Nicolaus in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*. Sed apud omnes est unum baptismum. Ergo et noster similiter baptismus fieri posset.

2. Praeterea, hoc quod dicit: *Ego baptizo te*, ponitur in forma ad exprimendum baptismi actum. Sed actus baptismi potest effici ab uno et duobus et in unum et in duos. Ergo potest fieri mutatio formae, ut dicatur: *Nos baptizamus vos*.

3. Praeterea, ecclesia est ejusdem potestatis nunc ejus erat primitiva ecclesia quantum ad sacramentorum dispensationem. Sed primitiva ecclesia mutavit formam baptismi: quia baptizabant in nomine Christi, sicut in Act. (cap. 2 et 8) legitur. Ergo et nunc ecclesia formam mutare posset.

4. Praeterea, tres personae in forma baptismi ponuntur ad exprimendum fidem Trinitatis. Sed ita exprimeretur fides Trinitatis, si diceretur. In nomine Trinitatis, sicut si diceretur: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*. Ergo potest ita mutatio fieri ut dicatur: *In nomine Trinitatis*.

3. Praeterea, virtus sacramentaria non consistit in verbis, nisi secundum quod ad significationem referuntur: alias non esset virtutis alieuvi nisi in una lingua, quia voces non sunt eodem apud omnes. Sed idem significat Pater quod genitor, et Filius quod genitus, et Spiritus sanctus quod ab utroque procedens. Ergo potest hoc modo fieri mutatio, ut dicatur: *In nomine genitoris, et geniti, et procedentis ab utroque*.

6. Praeterea, qui corrumpit verba mutat litteras et syllabas, et per consequens dictiones. Sed infra, dist. 6, dicitur, quod reputatur baptismus, quamvis aliquis verba corrupte proferat. Ergo potest fieri formae mutatio.

QUAESTIUNCULA III.

Uterius. 1. Videtur quod non possit aliquid addi vel minui. Non enim est minor necessitas in

verbis quae pertinent ad formas sacramentorum, quam in verbis sacrae Scripturae. Sed in verbis sacrae Scripturae non licet addere vel minuire, ut patet Apocal. ult. Ergo nec verbis formarum in sacramentis.

2. Praeterea, in formis naturalibus ita est quod differentia addita vel subtracta variat speciem. Ergo et si in formis sacramentorum aliquid addatur vel subtrahatur, tollitur ratio illius sacramenti.

3. Praeterea, ariani non mutabant formam istam nisi per additionem. Dicebant enim: *In nomine Patris majoris et Filii minoris*; et propter hoc non reputabantur baptizati. Ergo non licet addere vel diminuire in forma.

4. Sed contra, in littera habetur ab Ambrosio quod si fides totius Trinitatis corde teneatur et una tantum persona sit nominata, sit baptismus verum. Ergo licet aliquid de forma subtrahere.

3. Praeterea, actus baptizandi ponitur in forma ad excitandum attentionem. Ergo, ut videtur, licet addere verbum intentionem signans, ut dicatur: *Intendo te baptizare*.

QUAESTIUNCULA IV.

Uterius. 1. Videtur quod possit fieri interpositio vel transpositio. Quia baptismus est unus actus: unus autem est actus qui est continuus, ut dicitur in 3 Physicorum (text. 59). Sed interruptio tollit continuitatem baptismi. Ergo tollit unitatem eius; ergo non debet fieri aliqua interruptio.

2. Praeterea, sicut ad fidem Trinitatis pertinent tres personae, ita et personarum ordo. Sed in translatione variatur ordo. Ergo corrumpitur forma.

Sed contra est, quia transposita nomina et verba idem significant (1).

Solutio I. Respondeo dicendum ad primam questionem, quod forma completiva rei media est quodammodo inter materiam quam perficit, et causam efficientem a qua producitur, ut virtus efficiens mediante forma ad materiam traducatur. Et quia medium complectitur aliquo modo utrumque extremorum, ideo forma baptismi continet et principale efficiens, unde baptismus efficaciam habet, et materiam baptismi proximam quae est actus ablutionis; et ideo ponitur: *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, tamquam principale efficiens, a quo baptismus efficaciam habet; et ponitur actus materialis cum iis (2) quae circumstant ipsum scilicet conferens et recipiens, in hoc quod dicitur: *Ego baptizo te*.

Ad primum ergo dicendum, quod principale agens significatur in invocatione Trinitatis quae invisibiliter agit, et ideo relinquebatur ut circa actum materiale poneretur agens secundarium, scilicet minister sacramenti.

Ad secundum dicendum, quod formae sacramentorum non accipiuntur ut voces significativae tantum, sed ut effectivae. Et quia nihil agit nisi secundum quod perfectum est, ideo de integritate formae baptismalis est ut ponatur totum quod ad baptismum requiritur, quamvis unum ex alio intelligi possit.

Ad tertium dicendum, quod in verbis illis Do-

(1) Ex lib. 1 de Interpretatione, seu Perihermenias, cap. 12 (Ex edit. P. Nicolai).

(2) At, in ea.

minus principaliter non intendit tradere formam sacramenti, quia prius eis tradiderat, quando baptizabant etiam ante passionem; sed intendit eis praecipere actum baptizandi secundum formam prius eis traditam; et ideo ex verbis illis potest probabiliter accipi forma praedieta, quamvis non expresse ibi ponatur.

Ad quartum dicendum, quod quia baptismus est sacramentum necessitatis, et in sacramento requiritur intentio; ideo oportet exprimi omnia quae intentionem determinant ad actum illum; non autem sic in aliis actibus, in quibus non est tantum periculum, si intentio non adsit. Vel dicendum, quod alii actus habent efficaciam ex ipso suo exercitio tantum, sed actus baptizandi habet efficaciam ex forma verborum. Et quia talis efficacia est sacramentalis, ideo oportet quod verba formae significando efficaciam actui praebant; et ideo oportet baptizantem actum suum verbo significare, quamvis hoc in aliis actibus non reperitur.

Ad quintum dicendum, quod ratio illa tenet de illis verbis quae proferuntur causa significationis tantum, non autem de illis quae proferuntur causa efficiendi, quae etiam oportet ad res non intelligentes proferri, ut effectus verborum determinetur ad res illas; unde etiam dicitur: *Exorcizo te creatura salis*.

Ad sextum dicendum, quod Dominus praecipiebat actum baptismi, ut absentium; et ideo oportebat quod uteretur tertia persona: secus autem est de illis qui exercent actum illum in praesentes.

Ad septimum dicendum, quod aqua comprehenditur in distinctione baptismi: quia baptismus nihil aliud est quam ablutio facta in aqua; et ideo esset negatio, si iterum poneretur.

Ad octavum dicendum, quod actio semper magis attribuitur principali agenti, quia efficacius imprimit ad agendum. Tota enim virtus mediae causae est a prima, sed non convertitur: quia prima causa a qua baptismus efficaciam habet, autoritatively est Trinitas; passio autem Christi causa secundaria et meritoria; ideo magis fit mentio de Trinitate quam de passione.

Ad nonum dicendum, quod nomen non competit voci nisi secundum quod facit notitiam de re; nomen enim dicitur quasi notamen (1). Notitiam autem habemus de Trinitate per fidem. Et quia est una fides Trinitatis, et una confessio Dei, quamvis sint diversae voces significantes tres personas; ideo dicitur: *In nomine*, quasi in invocatione, quae fit per professionem exterioriorem interioris fidei.

Solutio II. Ad secundam questionem dicendum, quod quia sacramenta efficaciam habent ex institutione divina, et principaliter est in sacramentis forma quam etiam materia; ideo sicut nulli licet mutare sacramentum, vel aliquid novum instituere, ita nulli licet mutare formam sacramenti quantum ad id quod est de essentia formae absque speciali consilio Spiritus sancti, qui virtutem suam illis verbis non alligavit; et si mutatur, nihil agitur; et praeter hoc culpa incurritur. Si autem aliquid pertinet ad formam ex determinatione Ecclesiae, si illud mutatur, nihilominus est sacramentum, sed culpa incurritur. In forma autem baptismali essentialius

(1) Sic Isidorus lib. 1 Etymologiarum vel Originum, cap. 6. Sed Festus dictum mavult quasi *noimen* et a *nosco* derivat (Ex edit. P. Nicolai).